



A
BIBLIOTECA

DE LA

Universidad de Salamanca.

Est. 3 Caj. 5. Núm.






618102748

A
① 1569 4 - 32.

~~1348~~

H

62100



BIBLIOTECA

DE LA

4

Universidad de Salamanca.

Est. 2 Caj. 5 Núm.

BIBLIOTHECA SALMANTINA,

S E U

INDEX LIBRORUM OMNIUM,
qui in publica Salmanticensis Academiae
Bibliotheca adservantur, per classes, &
materias dispositus in usum studiosae
iuventutis.

AUCTORE JOSEPHO ORTIZ
de la Peña Collegii Trilinguis alumno, in Iure
Civilis Doctore, & Academicæ
Bibliothecæ Praefecto.

VOL. I. UNIVERSAM THEOLOGIAM
complectens.

Ex decreto Universitatis editum.

Salmanticae apud Nicolaum Villargordo anno 1777.



BIBLIOTHECA SALAMANTINA

SEU

INDEX LIBRORUM OMNIVM

di un'importante Accademia

philologica, matematica, et operaria

descritta di libri, et instrumentis

in uso ad studia, et industria.

AUCTORE JOSEPHO ORTIZ

ex libris Colligan Thesaurorum quoniam, in sua

Cimi Degas, &c. Academicis

Philologicas, Mathematicas,

VOL. I. UNIVERSITATIS THEOLOGICAE

complectens.

Ex officio Universitatis salmantinae.



Salmantica sive Macropolitana Altimontana sumo

(III)

CELEBERRIMO SALMANTICENSI
Generali Studio , omnium
Scientiarum Principi

JOSEPHUS ORTIZ IURIS CIVILIS DOCTOR,
ac Bibliothecae Praefectus
Felicitatem.

QUAMVIS Scriptores bene
multi , Mater Academia,
egregiam adeo in Bibliothecis ador-

nandis, Indicibusque texendis, in
 rem Iuventutis operam navaverint,
 ut iam totam fere materiam oc-
 cupasse videri possint; eximiis ta-
 men doctisque eorum cogitatis ali-
 quid adiungi posse, ut facile est
 inventis addere, & diligens offi-
 cii mei cura, & experientia quo-
 tidiana docuerunt. Neminem ete-
 nim eorum, quod equidem sciam,
 neque materiarum Indicem ita fe-
 cissem, neque Auctores, qui ex pro-
 fesso de eisdem agerent, hucusque
 indigitasse, iam dudum animad-
 verti. Quamobrem operae pretium
 me facturum existimavi, tum ad
 minuendum studiosae Iuventutis
 laborem, tum ad facilius absque
 ul.

ulla temporis iactura cuiuscumque
rei argumentum reperiendum; si
unius cuiusque Disciplinae id genus
Indices pro mea virili parte elu-
cubrassem. Quod sane opus Tibi
haud displicere satis mihi cum in-
notuisset, animum ad illud quam
citissime conficiendum totis viribus
intendi. Itaque primo Sacrae Fa-
cultatis Indice iam finito, typisque
excuso, publicamque in lucem pro-
dire parato, quem caeteri sunt bre-
vi temporis intervallo secuturi, Pa-
tronum aliquem ad totius operis tu-
telam, ut moris est, quaerendum
iudicavi. Neque vero quemnam eli-
gerem temporis punto anceps haesi.
Continuo namque Tu, Mater Ve-

neranda, mihi occurristi, ad quam
 haec qualiacumque opuscula mea, si
 ingratitudinis nota liberari vellem,
 prorsus defferri deberent. Id etenim
 tot tamque eximia, quibus me om-
 ni ferme tempore cumulatum volui-
 sti, promerita iure ac merito effla-
 gitabant. Tu enim, Piissima Ma-
 ter, ab ipsis fere incunabulis in
 Tuo illo celebri Collegio Trilingui
 me grammaticis studiis gratis im-
 buisti: Tu eiusdem Collegii Alum-
 num p[re]ae aliis renunciasti, ibique
 politioribus primum; deinde severio-
 ribus literis Tua vigili solicitudi-
 ne eam operam dedi, ut in gravis-
 simum Iurisperitorum Collegium co-
 optari Tua sim cura adsequuntus:

Tu

Tu magnificae adeo , atque tot voluminum supellectile ornatae Bibliothecae Tuae Protobibliothecarium elegisti : Tu denique me eo , quo nihil vel optabilius , vel honorificenterius excogitari unquam queat , es honore prosequuta , ut huiusmodi omnium scientiarum Indices Tuis sumptibus , quae Tua in iuvandis Litteris Munificentia est , praelo committi in Solemniori Tuo Consessu cunctorum suffragio decreveris . Quae quidem in me collata beneficia eo consilio commemoravi , partim ut neminem unum lateret haec qualia qualia scripta mea , Tibi , Sapien- tissima Mater , inscribi ac offerri debere : partim ut hac prima occa-

(VIII)

sione data, memorem gratumque
animum meum publicè declararem.
Te igitur, Prudentissima Mater,
enixè deprecor, ut hanc licet te-
nuem observantiae meae significa-
tionem benignè excipias. Quod si,
ut spero, contigerit, quàm amplis-
simum vigiliarum mearum fructum
me percepisse existimabo. Vale.

IOSEPHUS ORTIZ
BIBLIOTHECAE PRAEFECTUS
STUDIOSO LECTORI

ΕΤ ΠΡΑΤΤΕΙΝ



OST exantlatos ma-
gno cum taedio con-
iunctos labores evol-
vendi singulos Biblio-
thecae Salmantinae libros, no-
vumque assignandi quibusque
voluminibus ordinem; & po-
stquam ultimam lubenti animo
manum imposuimus generali Au-

Eorum omnium Indici , cuius methodum , oeconomiam , utendique rationem quicunque scire avet , ex praefatione ad huius calcem adiecta intelligere facile poterit ; aliud tandem à Conscriptis Academiae Patribus tractatum nempe , sive materiarum Indices conficiendi fuit Nobis onus iniunctum , & quod magno esset studiosae iuventuti usui futurum , & in rem ipsius Bibliothecae , utpote sic non blattis , nec tineis , aut pulvere ignoti antehac Codices exederentur.

Quod quidem onus ex consilio proculdubio fuit ab Universitate Nobis impositum , nimirum

ut

ut Sapientissimi Regis Nostri CAROLI III. amplissimae voluntati aliqua gratitudinis significacione responderet , qui adeo ingenitem librorum supellectilem , quae sua Munificentia est , Academiae huic donando , ipsam in primae- vum splendorem restitutam cupere satis innuit . Cumque cognitum hoc , atque perspectum haberemus , nullum non movimus lapidem , nullique animi ac corporis contentioni parcendum existimavimus , ut tam diu exoptatum literarum instaurationalis bonum Mater Academia toties à saperdis dispectui habita , totque impedimentis , quibus cir-



cum sessa erat, Divino atque Re-
gio favore tandem soluta asse-
queretur.

Itaque ut morem tam prae-
clarissimae voluntati gereremus,
aliquaque cum diligentia hono-
rificum adeo munus, quantum
est situm in Nobis, obiremus;
quanam via ac ratione in eius-
modi indicibus conficiendis esse
Nos usuros diu multumque ani-
mo reputavimus. Verum enim ve-
ro cum ex tot studiosorum ad
Bibliothecam confluentium iu-
venum multitudine paucissimos
operae praetium facere in dies
singulos experimento probave-
rimus; eo pacto esse tractatum

In-

Indices faciendos iudicavimus, ut magnam inde utilitatem vel omnes, vel saltem plurimi capere valerent. Etenim Indices, si ea via atque ratione texerentur, ut non ea solum, quae ex nudis librorum catalogis deprehenduntur, scientiarum cupidi docerentur; verum etiam indicatis ac veluti digito monstratis, quibus tractatus continentur libris, facultatum ideam aliquam, artiumque cognitionem minimo temporis dispendio nanciserentur; dubio procul eiusmodi methodi ratione illecta, atque inescata studiosa iuventus ad literarum studia animum toto pectore, maiorique

cum



cum gaudio b appelleret non dubitaret. Nam sive aliquod argumentum sibi haud facile pervium, cognituque dignissimum colere; sive rationum momenta ad theoremata quaelivet vel propugnanda vel impugnanda, quae quotidiana fere hic se offerunt, accommodata invenire ; sive denique penitiora alicuius scientiae, reconditoraque arcana perscrutari desideraret ; aditum ad haec omnia comparanda facillimo negotio patefaceret , ac veluti manu duceret methodus excogitata.

Operosum scilicet atque arduum opus, quod tot tantosque viros in literis versatissimos magnop-

pe-



pere exercuit; quodque Thomae *Hydani*, *Draudii*, *Quesnellii*, *Bailletii*, aliorumque de literis praeclarè merentium doctrinam, altissimamque eruditionem requirebat. Nos sane id genus rerum herdes, ac sapientissimos viros maximè suspicientes, illos præcaeteris, utpote qui ad rem nostram proprius accedunt, ac faciem veluti præferunt, deligendos ad imitationem duximus. Attamen cum neque aetate certè, ut aiebat ille, neque ingenio, neque doctrina, neque diuturna exercitatione simus cum illis ullo modo comparandi; quomodo Provinciam tam difficultem, atque

hucusque, quod sciamus, à nemine nostra methodo tentatam, pro dignitate culturos, Academiaeque expectationi, ut par erat, responsuros speremus? Quae profectò cogitatio, ut ingenuè fateamur, Nos diu multumque sollicitavit. Sepissime enim dies noctesque animo versavimus, quo pacto muneris difficultates utcumque expedire possemus: in eorum, de quibus mentionem fecimus, aliorumque catalogis, methodis, Bibliothecis evolvendis vigiliarum quam plurimum insumpsimus: ad methodum, quod caput erat, seligendam menses multos, nec valetudine quidem
in-

integra, adlaboravimus: ac demum quam utiliorem Lectoribus atque aptiorem ineundam esse censuimus; eam sollemniori Universitatis concessui, ne in illud vitium aut incommodum incideret, quo laborant omnes fere quotquot hactenus Bibliothecarum conscripti sunt catalogi, subjiciendam haud temere sumus arbitrati. Quam quidem dignatus est, ad addendos certè Nobis animos, suo calculo comprobare.

Ad rem itaque accedentes paucis, & inconditis sane verbis, sed ut res possit intelligi, methodum nostram explicabimus. Nam

ad generalem Auctorum indicem
 quod spectat, eam sumus amplexi
 methodum, quam in Bodleianaæ
 sive Oxoniensis Bibliothecæ to-
 to orbe celebratissimæ amplissi-
 mo catalogo disponendo erudi-
 tissimus ille vir Thomas *Hydanus*
 sequendam autumavit. In caete-
 ris verò tractatum sive argumen-
 torum indicibus adornandis par-
 tim *Draudianam*, partim *Baille-
 tianam* sequimur; eamque fere ip-
 sam, quam in *Lamonia* Biblio-
 theca ordinanda, inque methodum
 redigenda doctissimus iste prae-
 laudatus vir sibi imitandam pro-
 posuit; quamque secundo sui ope-
 ris volumine *de iudiciis sapientum*

super Auctorum scriptis ex edit. Pa-
ris. 1685. delineatam reliquit.

Verum huic argumentorum
 methodo aliam per classes libro-
 rum secundum ordinem, quem
 in pluteis forulisque iuxta pro-
 prium cuiusvis artis, & scientiae
 systema, atque oeconomiam sin-
 guli occupant, adponendam pu-
 tavimus. Etenim, si tractatus tan-
 tum sive argumenta ordine alpha-
 betico, quemadmodum *Draudius*,
 aliquique fecere, digereremus; nae
 duorum alterum vitiorum, vel
 non satis studiosis iuvenibus pro-
 spicere, vel agere à bene multis
 Auctoribus iam actum, incurrere
 necesse erat; praeterquamquod

im-

immensi pene laboris onus esse
 Nos , crambe repetita , subituros,
 nullus vel mediocriter institutus
 non intelligit.

Omnes siquidem librorum Au-
 tores , ut primùm ad colopho-
 nem sua opera perduxerunt, indi-
 cem rerum in ipsis contentarum
 contexere , in more positum há-
 buere. Scrupulosam igitur horum
 singulorum operum exegesim for-
 mare , eorumque , qui integrum
 cuiusvis scientiae cursum , ut vo-
 cant, literis consignarunt, notabi-
 lium rerum catalogum exscribere,
 nugatorium ac ridiculum planè es-
 set : cum huiusmodi rerum noti-
 tiā , id genus indices vel obiter

ac

ac perfunctoriè legentes , procli-
ve esset invenire. Horum nihilo-
minus opera, cui respondent clas-
si adplicare , quaeque unius , &
eiusdem argumenti in tractatum
catalogo continentur , in separata
indicis nostri classe collocare dili-
genter studuimus. Illos autem Au-
ditoris eiusdem licet professionis,
qui variarum tamen rerum opu-
scula scripto tradidere , absolutis,
favente Deo , methodo inita om-
nium facultatum indicibus , inter
supplementa eorumdem opuscu-
lorum confecta recensendos pro-
mittimus ; interea verò temporis
ipsos scriptores classi , ad quam
pertinent , adnumerasse contenti-
sumus.

De libris, quos ad hunc usque
diem Bibliotheca Salmanticensis
complectitur, loquimur. Utinam
etiam, quod dicere sine lacrymis
haud possumus, illos impraesen-
tiarum haberemus, ut suis in clas-
sibus quoque locarentur, seculi
praesertim decimi sexti manuscri-
ptos codices adeo pretiosos, quos
tamquam margaritas servabat,
quosque exterarum Nationum
nendum Hispaniae hic convenien-
tes literarum cultores in coelum
tollere, ac transcribere non ces-
sabant. Sed hos, nescimus quo
fato, vel deperditos, vel ab Uni-
versitatis tam celeberrimae osori-
bus, qui nullo unquam tempore

defuere , clam surreptos eheu ni-
miùm dolemus.

Quos ergo , inquam , ad hunc
usque diem Bibliotheca Salmant-
ensis complectitur libros, in suas
eos classes divisos exhibemus: sin-
gulorum titulos sive hebraicos, si-
ve graecos, sive quavis alia lingua
conscriptos , in latinam potius,
quam in aliam transferendos iudi-
cavimus. Est enim communis cun-
nium eruditorum lingua , & pro-
inde commercii eruditii omnibus
inter se Nationibus quoddam
quasi vinculum ostendit. Eiusmo-
di namque hominibus , qui sem-
per de literis bene mereri student,
qui que nostra molimina sunt vel

probaturi, vel insitae humanitatis officium donaturi; hasce nostras lucubrationes, qualescumque demum sint, conscribendas curavimus. Illorum verò, qui ad scripturam sunt prorsus inepti, quibusque ingenitum ferme est, fuitque semper cacoethes aliorum opera vellicandi, carpendi, qui ne nunquam sunt non parati de omnibus, quas ne primoribus quidem labris attigerunt, scientiis vel sacra-tissimis ferre sententiam; censuras, garrulitatem, petulantiam, male-dicta penitus negligimus, contem-nimus, exsibilamus. Illud tamen ad eorumdem solatium Marcialis dictum libr. 2. epigram. 8. recogi-

tandum opponimus *Hac mala sunt, sed tu non meliora facis.*

Paucis itaque voluminibus universalem scientiarum omnium, artiumque Bibliothecam pro modulo ac tenuitate nostra, eo labore, diligentia, industria, qua par est, elucubrare conamur. Unde tanquam ex puro fonte aquas salutares studiosi iuvenes, quorum gratia potissimum laboramus, continuò hauriant, eaque omnia, quae studiis suis rectè instituendis utilia fore censemus, ad manum, atque in promptu habeant, quin alienas Bibliothecas adire, magnosque, libris aliis comparandis, sumptus facere necesse sit.

(XXVI)

Hactenus de instituti nostri occasione , ac methodo generatim, atque universè sermonem instituere voluimus : nunc ad singulas institutae Bibliothecae partes singillatim tractandas accedentes, principem Sacrae Facultati , quae hoccine volumine continetur, locum dare, ob eius praestantiam ac dignitatem, iure atque merito existimamus. Quod verò ad divisionem pertinet , ut clariùs , maiori que cum fructu eàdem uti Lectores possint, universam Sacram Facultatem in classes quatuordecim distribuimus : quarum prima Biblia sacra, eorumque concordan tias altera complectitur: tertia Pro-

le-

legomenon Scriptores ad Sacras Literas, eosque, qui de his rebus, quae ad Sacras Scripturas generaliter cognoscendas opportuna videntur, dissertationes elucubrarent: quarta totius Scripturae Interpretates, necnon qui singulos eius libros commentariis illustrarent, in ordinem alphabeticum redactos, quod in caeteris etiam est faciendum, servata utriusque Testamenti serie, continebit: deinde ad universam Theologiam cum dogmaticam tum scholasticam, moralem, atque mysticam gradum facientes, Ecclesiae Patrum, Virorumque Sanctorum opera primū collocamus: haec

excipiunt Theologicorum Prolegomenon Auctores, quos sequuntur in Magistri Sentiarum libros, Divique Thomae Aquinatis summam Theologicam Commentatores serie etiam alphabetica locati, quibus eodem modo tractatum, sive argumentorum Indicem, instar Dictionarii dispositum, adiecimus: postea de B. Virgine, eiusque immaculata Conceptione, qui aliquid scripto reliquere: nec non quos Casuistas vocant, atque summistas alphabetico ordine digerimus, eosque, qui Theologiae seu dogmaticae, seu scholasticae, seu moralis integrum, ut appellant, cursum, aut plu-

plures, variosque tractatus conscripsere: postremum denique locum iis concedimus, qui Mysticae Theologiae, piosque, siue asceticos aliquot tractatus in lucem emisserunt: quamplurimos etiam, ne aliquid à Theologiae cultoribus in nostro Indice desideraretur, & Iuris Canonici, & Ecclesiasticae Historiae Scriptores, quibus respondent in Theologia classibus interseruimus.

Quos igitur labores, quas curas vigiliasque in hisce alphabeticis Indicibus conficiendis insumpserimus, hi qui in eiusmodi rebus aliquantum desudarunt,

diiudicare poterunt. Duo porro Lectorem nostrum monitum volamus, unum, molestias Nos omnes, atque curas alacri serenoque animo esse subituros, dummodo Rem Literariam hac aliisve rationibus promoveri deprehenderimus: alterum, initium à Theologis Nos sumere opportuisse, cum quia horum scientia reliquas inter omnes quam maximè eminet, tum etiam ne reatum Bibliothecae nostrae ordinem absque ulla gravi ratione inverteremus. Theologos Iuris utriusque, atque universae Historiae studiosi absque ullo temporis intervallo comitantur. Ge-

mina enim volumina , his fa-
cultatibus illustrandis , ad um-
bilicum perducta , typisque com-
missa , fore in lucem quam pri-
mùm edenda pollicemur.

Reliquum iam porro est ,
optime atque studiose Lector ,
ut conatus hosce nostros aequi
bonique consulas , tuumque in-
ducas animum , nil Nobis gra-
tius futurum , nihilque honorifi-
centius , quām si ex hoc nostro
qualiquali labore quamplurimos
eruditio[n]is fructus percipere que-
as : sin verò . . . sed nolumus
malè ominari. Vale.

(XXXII)

PAUCIS ADHUC TE MOROR,
mi Lector.

SCIAS, me eorum tantum Auctorum, qui
communi studentium usui in Bibliotheca
Salmanticensi subiiciuntur, catalogum com-
ponere, argumentorumque Indices formare, de-
crevisse. Ne quem ergo turbet, quaedam Au-
ctorum opera, quibus Salmanticensem Biblio-
thecam instructam non esse, turpe sane &
indecorum foret, in nostris Indicibus desidera-
ri, sciat, eorum omnium, qui, utpote ecclae-
siastica, vel civili Potestate damnati, à reli-
quis separati custodiuntur, separatum item ca-
atalogum fore conficiendum. Cum enim experi-
mento didicerim, ad opusculorum quorundam
lectionem, eorumque certè iuvenum moribus
vitiandis quamquac maxime idoneorum, anxiè
praecipitem incutamque iuventutem ferri so-
lere; officii mei duxi, quantum in me est,
noxia ab innoxiosis, pia ab impiis, honesta ab

in-

(XXXIII)

inhonestis obscoenisque separare. Neminem quippe latere poterit, iuvenum docilitati, quorum gratia potissimum labore, minimè convenire, quae in *Actis Lipsiensibus*, *Amoenitatibusque Francofurtensibus Heterodoxorum continentur*, opuscula: non item *Alcorani electionem*; non *Talmudii*, quod ex celebriori illa editione Berolinensi sexdecim in fol. voluminibus absolutum, possidemus: non *Erasmi quamplurima*: non *Ioannis Vosii theologica*: non *Volterii*, *Barbeyracii*, *Vatelii*, *Swifiü Burlamaquii*, *Montesquieusii*, *Sarpii*, aliorumque impia, & obscoenitatibus non semel conspurcata opuscula, quae cordatiorum tantum usui in *Salmanticensi nostra Bibliotheca custodiuntur*. Evidem scio, quamplurima in hisce aliisque, id genus, *Auctoribus*, in rem iuventutis maxime salutaria, contineri; verum adeo impiis pravisque, sive circa orthodoxam Religionem, sive circa Supremam Principum Potestatem, sunt documentis involuta, ut non nisi sanioris iudicii, multaque praeditis doctrina,

PRE

fffff

le-

(XXXIII)

lectoribus notitiam exhiberi, opportunum mihi
visum fuerit. Horum ergo, manuscriptorum
que Codicum, quibus Bibliotheca Salmanticensis
fortassis adhuc instructa reperitur, Indi-
cem, aequè per classes & argumenta disposi-
tum, si Academiae Patribus collibuerit, pu-
blicam in lucem emittam. Interim istis fuere,
iterumque Vale.

PRAEFACIUNCULA INDICIS
Generalis Bibliothecae Salmanticae
censis, quae primo extat eiusdem
Indicis volumine.

GENERALEM hunc, laboriosumque Indicem ut conficerem, Amice Lector, duae M^e causae potissimum impulerunt: publicum nempe, quod obeo Pontificiae huius ac Regiae Salmanticensis Universitatis Bibliothecarii munus, tum verò incensum sane studium publicis commodis inserviendi, servidosque studiosorum conatus pro virili parte procurandi, atque promoto-

ven-

vendi. Quod opus si numeris omnibus non sit absolutum , nec omni ex parte perfectum ; ita ut neque instituto meo , neque bono publico , in cuius gratiam fit, prout par est , respondeat : illud tamen vigilantiori , qua potui, cura fuisse elaboratum credas vehementer velim. Quantaque hoc onus Mihi ab hac celeberrima Salmantina Universitate impositum fide perfecerim , declarabit fructus , ut spero , non medio-
cris inde perciendus.

Dicam iam nunc quoniam artificio Index sit distributus, quo-
ve pacto quotidiano studentium usui possit accommodari. Ut igi-

tur libri, quos in hac publica Salmanticensis Academiae Bibliotheca exquiri forsam contigerit, prestò sint, & ut ita loquar, ad manum, Indicem hunc cognitorum serie alphabeti ordine digesta ordinavi, atque disposui, additis Auctorum singularum scriptis, loco, anno etiam, quo edita fuere, notis necnon, scholiis, recensionibus, voluminumque numero, pelle, & magnitudine. Quas ob res summo in pretio, praesertim apud aequos rerum aestimatorès, libri solent haberi, & eruditorum, excultorumque aviditatem excitare.

Nec enim ea Mihi arrisit in

que Operis sive hebraici , sive graeci , vel arabici inscriptiones Latii iure donasse ; à britannico verò , gallico , italico sermone alias etiam in vernaculam nostram linguam transtulisse. Qua via defectui , quo in amoeniori hac literatura plerique laborant , occurrentum duxi.

His adde quod singuli qui-que libri intus forisque tribus sunt numeris insigniti , iis re-spondentibus , quos in unaqua-que Indicis pagina tribus linea-rum intervallis , quibusdam ve-luti cellulis discretos animadver-tere licet. Trium horum nume-rorum primus Ordinem , Plute-

eorumdem cognomentis circumferuntur ; quodque ad initiales cognomentorum literas spectat, quae in tenuibus , vel simplicibus literis non inveniantur , in aspiratis suis , aut diphongis exquirantur.

Animo etiam advertere , & observare debes Me ad calcem singularum Indicis literarum appendicem adiecissem , qua libri, quibus post confectum Indicem locupletata est Bibliotheca , in que dies locupletabitur , exarentur. Idque eo potissimum consilio feci , ne Index diversis literarum characteribus , quod revera contingeret , foedaretur.

Quae

Quae omnia idcirco , in unum,
 quantum in Me fuit , diligenter
 congeri curavi , ut promptius li-
 bri exiberi potentibus possint, suo-
 que iterum loco reponi ; atque in
 posterum tractatum , sive argu-
 mentorum Indices , qui iam incep-
 ti eo ipso ordine , quo in pluteis
 forulisque libros collocavi , dispo-
 nendi sunt , facilius , atque expe-
 ditius confiantur.

Haec sunt , Amice Lector,
 de quibus Te admonitum velim;
 nec quicquam superest , nisi ut
 laborem hunc meum aequi bo-
 nique facias. Vale.

(XLIII)

*INDICULUS PRIMUS CLASSIUM
hoc volumine contentarum.*

CLASSIS PRIMA.

Biblia Sacra. . pag. 3.

Secunda.

Concordatiae Sacro-
rum Bibliorum. p. 8.

Tertia.

Prolegomena ad Sa-
cram Scripturā. p. 11.

Quarta.

Interpretes in uni-
versam Sacram Scri-
turam , aut aliquot
eius libros. p. 25.

Quinta.

Interpretes singulo-
rum librorum Sacrae
Scripturae secundum
ordinem utriusque

testamenti. . . . p. 32.

Sexta.

Veteres Ecclesiae Pa-
tres , ubi & de scri-
ptis Sanctorum. p. 72.

Septima.

Prolegomena ad Sa-
cram Theologiam.
p. 91.

Octava.

Interpretes Magistri
Sententiarum Petri
Lombardi. p. 94.

Nona.

Interpretes Summae
Theologicae Divi
Thomae. p. 100.

Decima.

Scriptores tractatuū,

si-

(XLIII)

sive materialium singularium universae Theologiae. p. 108.

Undecima.
Scriptores de B. Virgine, eiusque Immaculata Conceptione. p. 217.

Duodecima.
Scriptores summarum moralium, & casuum conscientiac, quos summistas, &

casuistas vocant. p. 225.

Decima tertia.
Scriptores operum, seu tractatum variorum universae Theologiae. p. 230.

Decima quarta.
Scriptores pii, & ascetici, universaeque Theologiae mysticae illustratores...p. 261.

IN

INDICULUS SECUNDUS
Materiarum, seu Tractatum,
quorum Illustratores hoc
volumine recensentur.

<i>Absolutio.</i>	<i>Auxilia.</i>
<i>Actiones morales.</i>	<i>Baptismum.</i>
<i>Actus supernaturales, & humani.</i>	<i>Beatitudo.</i>
<i>Adamus.</i>	<i>Bonum morale.</i>
<i>Adoratio.</i>	<i>Brentius.</i>
<i>Adulterium.</i>	<i>Bulla Crucifera, defunctorum, & compositionis.</i>
<i>Agnus Typicus.</i>	<i>Calvinus.</i>
<i>Albigenses.</i>	<i>Canon Missae.</i>
<i>Alchoranus.</i>	<i>Canones Apostolorum.</i>
<i>Amor Dei.</i>	<i>Casus reservati.</i>
<i>Angeli.</i>	<i>Cathechismus.</i>
<i>Anima.</i>	<i>Cathari.</i>
<i>Animae Paganorum.</i>	<i>Causa Quesnelliana.</i>
<i>Antichristus.</i>	<i>Censurae.</i>
<i>Arius.</i>	<i>Charitas.</i>
<i>Attritio.</i>	<i>Christus.</i>
<i>Auctoritas.</i>	<i>Clerum Gallicanum.</i>

¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶

Coe-

(XLVI)

Coelibatus.	Erasmus.
Coelum Empyreum.	Eucharistia.
Colloquium Ratisb.	Fides.
Commerciū.	Fornicatio.
Comœdiae.	Francs-massons.
Confessarii.	Gradus cognition.
Confessarii sollicit.	Gratia.
Confessio.	Gualterus Haddonus.
Confessio Augustana.	Haeresis.
Confirmatio.	Haeretici.
Conscientia.	Hypostasis.
Consecratio.	Iansenius.
Constitutio Unigenitus.	Iconoclastae.
Continentia.	Idololatria.
Contractus.	Ieiunium.
Contritio.	Ignorantia.
Correctio fraterna.	Imagines.
Debitum parochiale.	Impedimenta.
Decalogus.	Incarnatio.
Deus, eiusque Attrituta.	Indi.
Disciplina Religiosa.	Indulgentia.
Dispensatio.	Infallibilitas.
Divortium.	Infernū.
Donatistae.	Infideles.
Eleemosyna.	Interesse.
Ens.	Irregularitas.
	Iubileum.

PPP PPPPPP

In-

(XLVII)

<i>Iudei.</i>	<i>Negotiantes.</i>
<i>Inraymentum.</i>	<i>Novissimi.</i>
<i>Ius.</i>	<i>Objectum contingens Di-</i>
<i>Justificatio.</i>	<i>vini intellectus.</i>
<i>Justitia.</i>	<i>Opiniones.</i>
<i>Lex.</i>	<i>Ordo.</i>
<i>Libertas creata.</i>	<i>Ornatus mulierum.</i>
<i>Liberam Arbitrium.</i>	<i>Parochi.</i>
<i>Libri prohibiti.</i>	<i>Pasiorales.</i>
<i>Licium, & illicitum.</i>	<i>Paupertas.</i>
<i>Loci Theologici.</i>	<i>Peccata.</i>
<i>Ludi.</i>	<i>Pelagius.</i>
<i>Lutherus.</i>	<i>Poenitentia.</i>
<i>Machiavellus.</i>	<i>Pollutio Ecclesiarum.</i>
<i>Mahometani.</i>	<i>Polygarnia.</i>
<i>Marcus Antonius de Dominis.</i>	<i>Potestas Ecclesiastica, & Pontificalia.</i>
<i>Martyrium.</i>	<i>Pracepta Ecclesiae.</i>
<i>Matrimonium.</i>	<i>Praedestinatio, & Re- probatio.</i>
<i>Matrimonium Regis Angliae.</i>	<i>Praedeterminatio phy- sica.</i>
<i>Mesias.</i>	<i>Praelati.</i>
<i>Missa.</i>	<i>Praescientia Dei.</i>
<i>Moneta.</i>	<i>Primatus Petri.</i>
<i>Montes pii.</i>	<i>Probabilitas.</i>
<i>Mores.</i>	<i>Prophetae falsi.</i>
<i>Murmuratio.</i>	<i>Pro-</i>

B1

(XLVIII)

Prophetia.	Schisma.
Propositiones damna- tiae.	Scientia media.
Providentia.	Secretum.
Purgatorium.	Simonia.
Reformatio Angliae.	Spes.
Regnum Dei.	Sponsalia.
Religio.	Stancaris Secta.
Reliquiae.	Status Religiosus.
Reparatio humanae na- turee.	Supersticio.
Reprobatio.	Suspensio.
Residentia Episcopo- rum.	Traditio.
Restituio.	Trinitas.
Revelatio.	Valdenses.
Rex Angliae.	Ubiquistae.
Sacerdos.	Virtutes.
Sacerdotium.	Visiones.
Sacramenta.	Vitia.
Sacrificium novae le- gis.	Urctio Exttema.
Dispensatio.	Unum necessarium.
Diversitas.	Votum.
Denarii.	Usura.
Elementa.	Zwinglius.
Eros.	Infractio.
Fabulae.	Interesse.
Irregularitas.	Ydiores.
Ydiores.	Ydiores.

Pto

BI-

BIBLIOTHECAE.
CLASSICAE
SALMANTINAE

VOLUMEN PRIMUM
INDICEM THEOLOGICUM
complectens.

bentur iuxta editiones Antwerpensem,
& Complutensem : Völ. 10. in fol. edi-
ta Lutetiae Parisiorum per Antonium
Vitre 1645.

Biblia Sacra Polyglotta cum omnibus ver-

<i>Proprietas.</i>	<i>Schisma.</i>
<i>Propositiones damna-</i> <i>tae.</i>	<i>Scientia media.</i>
<i>Providentia.</i>	<i>Secretum.</i>
<i>Pragmatismi.</i>	<i>Simonia.</i>
<i>Reformatio Angliae.</i>	<i>Spes.</i>
<i>Requies De-</i> <i>re.</i>	<i>Sponsalia.</i>
<i>Reliquiae.</i>	<i>Superstitione.</i>
<i>Reparatio his-</i> <i>turae.</i>	<i>Supremo.</i>
<i>Reprobatio.</i>	<i>Tribulatio.</i>
<i>Resumptio.</i>	<i>Trinitas.</i>

BIBLIOTHECAE CLASSICAE SALMANTINAE	VOLUMEN PRIMUM INDICEM THEOLOGICUM
<i>Restitutio.</i>	<i>Virtutes.</i>
<i>Revolutio.</i>	<i>Vitia.</i>
<i>Rex Angliae.</i>	<i>Verbo Extrema.</i>
<i>Sacerdos.</i>	<i>Verbum.</i>
<i>Sacramenta.</i>	<i>Compendiolum.</i>
<i>Sacrificium novae le-</i> <i>gis.</i>	<i>Usus.</i>
	<i>Zwinglius.</i>



CLASSIS PRIMA.

BIBLIA SACRA.



IBLIA Sacra Hebraica , Sama-
ritana , Chaldaica , Graeca,
Syriaca , Latina , Arabica,
quibus textus originales to-
tius Scripturae Sacrae exhi-
bentur iuxta editiones Antuerpiensem,
& Complutensem : Vol. 10. in fol. edi-
ta Lutetiae Parisiorum per Antonium
Vitre 1645.

Biblia Sacra Polyglotta cum omnibus ver-

Az

sio-

4 *Bibliotheca Classica.*

sionibus, & textu Hebraico, Chaldaico,
& Graeco ; Pentateucho item Samarita-
no, & Lexico Edmundi Castelli, ex edi-
tione Briani Waltoni : Vol. 3. in fol.
edita Londini 1657.

Biblia Sacra ex editione Complutensi : Vol.
6. in fol.

Biblia Sacra cum duplice translatione, &
scholiis Francisci Vatabli : Vol. 2. in fol.
edita Salmanticae 1584.

Biblia Sacra ad optima quaeque exempla-
ria veteris translationis summa diligentia,
parique fide castigata, ex officina
Sebastiani Grifpii : Vol. 3. in fol. cdita
Lugduni 1550.

Biblia Sacra graccè, & latinè auctoritate
Sixti V. Pont. Maximi edita Lutetiae
Parisiorum 1556.

Biblia Sacra hebraicè : Vol. 8. in 16. edi-
ta Antuerpiæ per Christophorum Plan-
tinum 1566.

Biblia Sacra ad vetustissima exemplaria ca-

stigata : Vol. 1. in fol. edit. Venetiis
apud Aldum 1518.

Biblia Sacra latinè cum scholiis Isidori Clarii : Vol. 1. in fol. edit. Venetiis 1542.

Biblia Sacra vulgatae editionis iussu Sixti V.
recognita , & edita : Vol. 1. in fol. edit.
Lugduni 1669.

Biblia Sacra cum glossa ordinaria , & postilla
Nicolai Lyrani , & additionibus Pauli
Burgensis , ac replicis Matthiae Toryngii:
Vol. 7. in fol. edita Lugduni 1590.

Eadem : Vol. 6. in fol. edita Duaci anno
1617.

Biblia Sacra , seu eorum libri omnes legales hebraicè , & latinè , ex paraphrastica interpretatione Petri Cirueli Daroccensis , cum eiusdem criticis adnotationibus in loca difficiliora : omnia propria manu doctissimi Alphonsi de Zamora conscripta : Vol. 2. in fol.

Bibliorum Sacrorum latinae versiones antiquae cum observationibus , notis , &
in-

indice , opera , & studio Petri Sabatieri
Monachi è Congrégatione S. Mauri:
Vol. 6. in fol. edita Parisiis 1751.

Bibliorum Sacrorum pars graeca , quae he-
braicè non invenitur : Vol. 1. in 4. edit.
Antuerpiae 1584.

Psalmi Davidis cum annotationibus ex He-
braeorum Commentariis : Vol. 1. in 8.
edit. Lutetiae 1546.

Psalterium sermone tantum graeco : Vol.
1. in 4. edit. apud Aldum.

Psalterium hebracum , graecum , arabicum ,
& chaldacum , cum tribus latinis inter-
pretationibus , & glossis : Vol. 1. in fol.
edit. Genuae 1516.

Psalterium latinitate donatum per Fratrem
Felicem ordinis Eremitarum S. Augustini : Vol. 1. in 4. edit. Venetiis 1515.

Targum , seu paraphrasis chaldaica , aucto-
re Ionathano , latinitate donata per Quin-
quarboreum : Vol. 1. in 4. edit. Pari-
siis 1556.

Te-

Testamentum Vetus secundum septuaginta
interpretes latine redditum: Vol. 1.
in fol. edit. Romae 1588.

Testamentum Novum graecè, & latine ex
editione Erasmi: Vol. 1. in 8. edit. Pa-
risiis 1543.

Testamentum Novum ex editione Theo-
logorum Lovaniensium: Vol. 1. in 8.
edit. Coloniae 1592.

Testamentum Novum sermone tantum
graeco: Vol. 1. in 8. edit. Londini 1714

Testamentum Novum sermone graeco:
Vol. 1. in 16. edit. Lutetiac apud Ro-
bertum Stephanum 1546.

Testamentum Novum vulgatae editionis
juxta exemplar Vaticanum: Vol. 1. in
12. edit. Lugduni 1671.

Translatio Chaldaica veteris Testimenti cum
latina interpretatione; ejusdem supra
memorati Alphonsi de Zamora manu
propria, jussuque Salmanticensis Acade-
miae in membranis conscripta: Vol. 3. fol.
CLAS-

C L A S S I S
S E C U N D A.
CONCORDANTIAE

Biblorum.



ULLOCUS Georgius Economi
 a methodica concordan-
 tiarum Scripturarum Sacrae:
 Vol. 1. in fol. edit. Antuer-
 piae
 Brugensis Lucas Concordantiae Sacrorum
 Biblorum vulgatae editionis: Vol. 1. in
 fol. edit. Antwerpiae 1647.
 Idem:
 CLAS

Idem: *Loca insigniora Romanae correctionis in latinis Bibliis:* Vol. 1. in 12.
edit. Antuerpiae 1603.

Concordantiae Sacrae Scripturae utriusque Testamenti juxta exemplar vulgatae editionis opera, & studio Religiosorum Patrum Sancti Benedicti Monasterii Wessobrunni: Vol. 2. in fol. edita Augustae Vindelicorum 1751.

Concordantiae Bibliorum perfectae, & integræ: Vol. 1. in fol. edit. Antuerpiae 1581.

Concordantiae maiores Sacrorum Bibliorum: Vol. 1. in 4. edit. Lugduni 1540.

Concordantiae Sacrorum Bibliorum, Auctore Zamora: Vol. 1. in fol. edit. Romæ 1627.

Concordantiae Veteris Testamenti graecæ hebraicæ vocibus respondentes Kirchero Auctore: Vol. 2. in 4. edita Francofurti 1607.

Concordantiae graecæ Novi Testamenti,

10

Bibliotheca Classica.

Auctore Betuleio : Vol. 1. in fol. edit.
Basileae.

Correctiones Romanae in Bibliis latinis ex
observatione Lucae Brugensis : Vol. 1.
in fol.



B

CLAS-

An-

CLASSIS
TERTIA.

PROLEGOMENA

ad Sacram Scripturam.



DRICHOMIUS Christianus
Theatrum terrae Sanctae,
& Biblicarum historiarum:
Vol. 1. in fol. edit. Coloniae Agrippinae 1593.

Aemstelredamus Alardus Similitudines, si-
ne collationes ex Bibliis Sacris, & vete-
rum orthodoxorum commentariis: Vol.
1. in 8. edit. Lugduni 1543.

Alexander *Natalis* Historia Ecclesiastica veteris, & novi Testamenti : Vol. 8. in fol. edita Parisiis 1714.

Allegoriae, & Tropologiae in locos utriusque Testamenti à variis Auctòribus : Vol. 1. in 8. edit. Parisiis 1551.

Alvarez *Ludovicus Ioseph Rachelis filius illustratus* : Vol. 1. in fol. edit. Lugduni 1675.

Andegavus *Renatus Panoplia Locorum præcipuorum utriusque Testamenti* : Vol. 1. in fol. edit. Parisiis 1575.

Arnulphus *Ioannes Modi veterum Rabbi-norum in exponendo Pentateucho* : Vol. 1. in 4. edit. Lutetiae Parisiorum 1620.

Aureolus *Petrus Compendium sensus litteralis Sacrae Scripturae* : Vol. 1. in 8. edit. Parisiis.

Ayllon *Ludovicus Elucubrationes Biblicae in utrumque Testamentum* : Vol. 1. in fol. edit. Hispali 1676.

Bacallar *Vincenctius Sanna Monarchia hebraicæ*

braica sermone hispano : Vol. 2. in 4.
edita Matriti 1746.

Idem : Vitae duorum Tobiarum sermo-
ne hispano : Vol. 1. in 4. ibid. editum.
Baeza *Didacus De Christo figurato in ve-*
teri Testamento : Vol. 7. in fol.

Balinghem *Antonius Scriptura Sacra in lo-*
cos communes digesta : Vol. 1. in fol.
edit. Duaci 1621.

Ballester *Ludovicus Onomatographia in Sa-*
cras Scripturas : Vol. 1. in 4. edit. Lug-
duni 1617.

Barradas *Sebastianus Itinerarium Filiorum*
Israel ex Aegypto : Vol. 1. in fol. edit.
Lugduni 1620.

Benavente *Iosephus Commentarii in Sacras*
commutationes : Vol. 2. in fol. edita Sal-
manticae 1752.

Bernard *Guillelmus De Sacrarum litterarum*
communicatione, & sensu earum ger-
mano : Vol. 1. in 8. edit. Parisiis 1547.

Borellus *Camillus Discursus Catholicus, &*

apo-



14 Bibliotheca Classica.

- apologia historica ex Veteri, & Novo
Testamento deducta, sermone italo: Vol.
-omni, in 4. edit. Neapolib 1588.
Busaeus *Ioannes* Arca Medica variis Divi-
-nae Scripturae antidotis adversus animi
morbos instructa: Vol. 1. in 8. edit.
Lugduni 1612.
Bustamantinus *Ioannes* De animantibus Scri-
pturae Sacrae: Vol. 1. in 8. edit. Com-
pluti 1595.
Idem: De eodem: Vol. 2. in 8. edita Lug-
duni 1620.
Camara *Marcus* Quaestionarium concilia-
tionis locorum difficiliorum Sacrae Scri-
pturae: Vol. 1. in 4. edit. Compluti 1587.
Caninius *Angelus* De locis Sacrae Scriptu-
rac Hebraicis: Vol. 1. in 8. edit. An-
tuerpiae 1600.
Cantapetrensis *Martinus* Hypotypes Theo-
logicae ad intelligendum Sacras Scri-
pturas: Vol. 1. in fol. edit. Salmant-
cace 1582.

Capi-

Capitonius *Felicianus* Explicationes locorum
fere omnium Veteris, & Novi Testa-
menti, quibus abutuntur Haeretici : Vol.
2. in 8. edita Coloniae 1581.

Casini *Antonius* Encyclopaedia Sacrae Scri-
prurae: Vol. 2. in 4. edita Venetiis 1747.

Castillo *Didacus Artiga* De ornatu, & ve-
stibus Aaronis : Vol. 1. in fol. edit.
Antuerpiae 1681.

Catharinus *Ambrosius* Claves duae ad ape-
tiendas Sacras Scripturas : Vol. 1. in 8.
edit. Lugduni 1543.

Comestor *Petrus* Historia Scholastica cor-
recta per Emmanuelem Navarro : Vol.
1. in 4. edit. Matrii 1699.

Corroy *Simon* Pandecta legis evangelicae:
Vol. 1. in 12. edit. Lugduni 1549.

Costus *Petrus* Typus Messiae, & Christi
Domini ex veteribus Prophetarum praec-
sensionibus contra Iudeos : Vol. 1. in
4. edit. Lugduni 1554.

Dictembergius *Ioannes Phimostomus* Scri-
ptu-

- pturariorum contra Haereticos : Vol. 1.
in 4. edit. Coloniae 1532.
- Dupin *Ludovicus* Discursus praeliminares,
seu prolegomena super Sacris Bibliis,
eorumque Auctoribus, sermone gallico:
Vol. 3. in 8. edita Parisiis 1701.
- Idem: Dissertationes historico-chronologi-
co-geographicco-criticae super Bibliis Sa-
cris sermone gallico: Vol. 1. in 8. ibi-
dem edit. anno 1711.
- Edetus *Georgius* Oeconomia Bibliorum: Vol.
1. in fol. edit. Coloniae Agrippinae 1582.
- Espieres *Ioannes* Auctoritas Sacrae Scriptu-
rae: Vol. 1. in 4. edit. Duaçi 1651.
- Ferdinandus *Antonius* Commentaria in vis-
siones veteris Testamenti : Vol. 1. in fol.
edit. Lugduni 1622.
- Ferdinandus *Ioannes* Thesaurus Divinarum
Scripturarum : Vol. 1. in fol. edit. Me-
tymnae à Campo 1594.
- Frassen: Disquisitiones Biblicae : Vol. 1. in
4. edit. Parisii 1695.

Prolegom. S. Scripturae. 17

Galopinus *Georgius Vidua Sareptana* exposita sensu litterali, ac mystico: Vol. 1. in 8. edit. Duaci 1634.

Garnerius: *Allegoriae in Sacram Scripturam*: Vol. 1. in 8. edit. Parisiis 1680.

Genebrardus *Gilbertus Chronographia Sacra*: Vol. 1. in fol. edit. Lugduni 1609.

Gomez *Alexius Epigraphe diversorum locorum Sacrae Scripturae*: Vol. 1. in fol. edit. Salmanticae 1596.

Graveson *Ignatius Amat Historia Ecclesiastica veteris, & novi testamenti usque ad annum Christi 1770. sermone latino*: Vol. 7. in 4. edita Venetiis 1740.

Harlemius *Ioannes Index Biblicus*: Vol. 1. in 8. edit. Salmanticae 1573.

Historiae Selectae veteris testamenti incerto Auctore: Vol. 1. in 8. edit. Augustae Taurinorum 1741.

Horozco *Alphonsus Historia Reginae Sabac sermone hispano*: Vol. 1. in 8. edit. Salmanticae 1568.

Icones historiarum veteris testamenti cum expositione latina, & gallica: Vol. 1. in 8. edit. Lugduni 1539.

Indices quinque in Sacram Scripturam in certo auctore: Vol. 1. in 8. edit. Romae 1586.

Iosephus *Flavius* De antiquitatibus Iudai-
cis graccè, & latine cum notis Hudso-
ni, & aliorum, ex editione Havercam-
pi: Vol. 2. in fol. edita Lugduni Bat-
avorum 1726.

Irurozqui *Petrus* Series totius historiae Evan-
geli: Vol. 1. in fol. edit. Stellae 1557.

Laureetus *Hieronymus* Sylva allegoriarum Sa-
crae Scripturae: Vol. 2. in fol. edita Bar-
cinone 1570.

Idem: De codem: Vol. 2. in 4. edita Ve-
netiis 1575.

Idem: Index, & Genealogiac virorum, ac
mulierum in Sacra Scriptura contenta-
rum: Vol. 1. in 4. edit. Barcinone.

Ledesma *Jacobus* De Scripturis divinis qua-
vis

Prolegom. S. Scripturae. 19

vis lingua non legendis : Vol. 1. in 8.
edit. Coloniae 1597.

Legionensis *Ludovicus* De nominibus Christi sermone hispano : Vol. 1. in 4. edit. Salmanticae 1603.

Lindanus *Wilhelmus* De optimo genere interpretandi Sacras Scripturas : Vol. 1. in 8. edit. Coloniae 1558.

Lizarazo *Petrus Sanchez* Speculum veteris, & novi testamenti : Vol. 1. in fol. edit. Caesaraugustae 1597.

Lopez *Petrus Montoya* De concordia sacrarum editionum : Vol. 1. in 4. edit. Matriti 1596.

Lyra *Nicolaus Differentiae* veteris, & novi testamenti : Vol. 1. in 4.

Idem : Postilla in Sacra Biblia : vide verbo Biblia.

le Maire *Guilielmus Statera Saulis Ex-regis*: Vol. 1. in 4. edit. Coloniae Agrippinae 1673.

de Sta. Maria *Paulus Scrutinium Scriptura-*
C2 rum:

rum: Vol. 1. in fol. edit. Burgis 1591.
 Miranda *Ludovicus De Sacrae Scripturae*
sensibus: Vol. 1. in 4. edit. Salmanti-
cae 1625.

Montefrio *Iacobus Methodus fabricandae*
Biblicae praelationis: Vol. 1. in 4. edit.
Hispali 1678.

Montoya *Lucas De sensu metaphorico Sa-*
crae Scripturae sermone hispano: Vol.
 1. in fol. edit. Matrixi 1627.

Nicrembergius *Ioannes Eusebius De origine*
Sacrae Scripturae: Vol. 1. in fol. edit.
Lugduni 1641.

Idem: *Stromata Sacrae Scripturac*: Vol. 1.
 in fol. ibidem edit. 1642.

Idem: *Doctor Evangelicus*: Vol. 1. in fol.
 ibidem edit. 1619.

Novicampianus *Albertus Scopus Biblicus*:
 Vol. 1. in 12. edit. Antuerpiae 1566.
Orthodoxographia, seu Bibliotheca Theo-
logica à variis Auctoriibus: Vol. 1. in fol.
 edit. Basilae.

Pagninus *Sanctes Isagogae ad Sacras litteras*: Vol. 1. in fol. edit. Lugduni 1536.

Philo *Iudeus Opera omnia*, ubi de Moyse, Iosepho, & alia ad Sacras litteras intelligendas graecè, & latinè: Vol. 1. in fol.

Philomusus *Petrus De origine Hebraeorum, eorumque regimine*: Vol. 1. in 4. edit. Venetiis 1588.

Physica Sacra: Vide infra verbo Scheuchzer.

Pinto *Iacobus Christus crucifixus, sive selectorum ex Scriptura universa locorum nova discussio de Christi titulis*: Vol. 2. in fol. edita Lugduni 1624.

Placus *Andreas Lexicon Biblicon*: Vol. 1. in fol. edit. Coloniae 1543.

Prateolus *Marcossius Collectio plurium locorum è Divina Scriptura excerptorum*: Vol. 1. in 16. edit. Antuerpiæ.

Quadros *Didacus Palaestra Biblica*: Vol. 4. in fol. edita Matriti 1725.

de Roa *Martinus Loci Singulares Sacrae Scripturae*

22 *Bibliotheca Classica.*

Scripturae explicati : Vol. 2. in 4. edita
Cordubae 1600.

Rubus *Ioannes* Historia , ac harmonia evan-
gelica : Vol. 1. in 8. edit. Romae 1575.

Rumetius *Ludovicus* Viridarium Sacrae Scri-
pturae : Vol. 1. in 8. edit. Parisiis 1626.

Salianus *Iacobus* Annales Ecclesiastici veter-
is testamenti : Vol. 7. in fol. edita Co-
loniae Agrippinae 1620.

Idem : Epitome eorumdem annalium : Vol.
1. in fol. edit. Rothomagi 1646.

Samuel *Rabby* De erroribus Iudeorum:
Vol. 1. in 8. edit. anno 1537.

Scheuchzer *Ioannes Iacobus* Physica Sacra,
seu Historia naturalis Sacrorum Biblio-
rum sermone gallico conscripta : Vol. 8.
in fol. edita Amstelodami 1732.

Schottus *Andreas* Adagialia Sacra novi te-
stamenti graecè , & latinè : Vol. 1. in 4.
edit. Antuerpiae 1629.

Senensis *Sixtus* Ars interpretandi Sacras
Scripturas : Vol. 1. in 12. edit. Colo-
niae

niae 1577.

Idem: Bibliotheca Sancta: Vol. 1. in fol.
edit. Lugdunii 1575.

Seneschallus Michael Trias evangelica, si-
ve de anno, mense, & die Christi na-
ti, baptizati, & mortui: Vol. 1. in 4.
Sherlogus Paulus Dioptra antiquitatum he-
braicarum: Vol. 1. in fol. edit. Lugdu-
ni 1651.

Staphylus Fridericus Apologia de vero in-
tellectu Sacrae Scripturae, unà cum de-
fensione ejusdem Apologiae: Vol. 2. in
8. edita Coloniae 1563.

Stroza Petrus De dogmatibus Chaldaeo-
rum: Vol. 1. in 4. edit. Romae 1617.
Sutor Petrus De translatione Bibliorum, &
novarum interpretationum reprobatione:
Vol. 1. in fol.

à Sto. Thoma Ioannes Prolegomena in Sa-
cram Scripturam: Vol. 1. in 4. edit.
Salmanticæ 1692.

Tyroboscus Lucretius De ratione textus he-
brei,

braei, & editionis vulgatae: Vol. 1. in
8. edit. Venetiis 1572.

Vallesius *Franciscus De iis, quae scripta*
sunt physicè in libris Sacris, sive de Sa-
cra philosophia: Vol. 1. in 8. edit. Lug-
duni 1622.

Valtanàs *Dominicus Concordia plurium lo-*
corum difficultum Divinae Historiae: in
tomo Sancti Ignatii, qucm vide in in-
dice generali.

Viguerius *Ioannes Institutiones ad Theolo-*
giam, & Sacras litteras: Vol. 1. in fol.
edit. Antuerpiae 1572.

Villavicentius *Laurentius Phrases Scripturae*
Sacrae: Vol. 1. in 8. edit. Antwerp. 1570.

Vitalis *Ioannes Speculum morale totius Sacrae*
Scripturae: Vol. 1. in 4. edit. anno 1513.

Ulloa *Ioannes Decades regularum pro in-*
telligentia Sacrae Scripturae: Vol. 1. in
4. edit. Tyrnaviac 1717.

Zegerus *Nicolaus Castigationes in novum*
testamentum: Vol. 1. in 8. edit. Coloniae
1555.

CLAS-

CLASSIS QUARTA.

*INTERPRETES IN UNIVERSAM
Sacram Scripturam, aut aliquot
ejus libros.*



RIAS Montanus *Benedictus In*
varios Sacrae Scripturae li-
bros: Vol. 9, in 4, edita
Antuerpiae.

Aureolus Petrus *Commentaria*
compendiosa in Sacram Scripturam : Vol.
1. in 8. edit. Parisiis 1585.

Bonfrerius *Iacobus Opera omnia in Sacram*
D Scrip-

Scripturam: Vol. 3. in fol. edita Antuerpiae 1625.

Caietanus *Thomas de Vio* Opera omnia in Sacram Scripturam: Vol. 5. in fol. edita Lugduni 1639.

Calmet *Augustinus* Commentarium literale in omnes, ac singulos veteris, & novi testamenti libros cum Dictionario historico, critico, chronologico, geographico, & literali Sacrae Scripturae: Vol. 11. in fol. edita Venetiis 1730.

Carthusianus *Dionysius* Opera omnia in Sacram Scripturam: Vol. 8. in fol. edita Coloniae 1566.

de Sto. Charo *Hugo* Postilla in Sacram Scripturam: Vol. 8. in fol. edita Coloniae Agrippinae 1621.

Costa *Gabriel* Commentaria in aliquot libros veteris testamenti: Vol. 1. in fol. edit. Lugduni 1641.

Drusius *Ioannes* Commentarius in loca difficiliora Pentateuchi: Vol. 1. in 4. edit.

Fra-

Franckerae 1617.

Escobar *Antonius Mendoza* Commentarii
literales, & morales in Pentateuchum:
Vol. 1. in fol. edit. Lugduni 1652.

Espencaeus *Claudius* Opera omnia in Sa-
cram Scripturam: Vol. 2. in fol. edita
Lutetiae Parisiorum 1619.

Estius *Guilielmus* Annotationes in Sacram
Scripturam: Vol. 1. in fol. edit. Dua-
ci 1621.

Eugubinus *Augustinus* Recognitio veteris
testamenti ad Hebraicam veritatem: Vol.
1. in 4. edit. Venetiis 1529.

Figueiro *Petrus* Commentaria in aliquot li-
bros Sacrarum Scripturarum: Vol. 2. in
fol. edita Lugduni 1615.

Gordonus *Iacobus* Commentaria in vetus,
& novum testamentum: Vol. 3. in fol.
edita Lutetiae Parisiorum 1632.

a Lapide *Cornelius* Opera omnia in Sacram
Scripturam: Vol. 20. in fol. edita An-
tuerpiac 1659.

Lorinus *Ioannes* Opera omnia in Sacram Scripturam : Vol. 11. in fol. edita Lugduni.

Lucas Brugensis *Franciscus* Notationes in Sacra Biblia : Vol. 1. in 4. edit. Antwerpiae 1580.

Lyra *Nicolaus cum aliis* Glossa ordinaria in Sacra Biblia : Vol. 7. in fol. edita Lugduni 1590.

Idem : De eodem : Vol. 6. in fol. edita Duaci 1617.

Mariana *Ioannes cum Sà* Scholia in Sacra Biblia : Vol. 2. in fol. edita Antwerpiae 1624.

Marcilla *Petrus* Paraphrasis in Pentateuchum : Vol. 1. in fol. edit. Salmanticae 1610.

Menochius *Ioannes Stephanus* Commentaria tctius Sacrae Scripturae : Vol. 2. in fol. edita Venetiis 1743.

Morinus *Ioannes* Exercitationes Biblicae : Vol. 1. in 4. edit. Lutetiae Parisiorum 1633.

Idem:

Idem: Exercitationes in Pentateuchum Samaritanum: Vol. 1. in 4. edit. Parisiis
1631.

Naclantus *Iacobus Medulla Sacrae Scripturae*: Vol. 1. in 4. edit. Venetiis 1561.

Oleaster *Hieronymus Commentaria in Pentateuchum*: Vol. 1. in fol. edit. Lugduni 1586.

Oliva *Ioannes Paulus Commentationes Ethicae in vetus testamentum, cum stromatibus divinarum Scripturarum*: Vol. 6. in fol. edita Lugduni 1677.

Osorius *Hieronymus Opera omnia in Sacram Scripturam*: Vol. 4. in fol. edita Romae 1592.

Philippus *Abbas Opera omnia in Sacram Scripturam*: Vol. 1. in fol. edit. Dua-
ci 1621.

Pinto *Andreas Selecta Sacrae Scripturae*:
Vol. 1. in fol. edit. Lugduni 1648.

Pintus *Hector Opera omnia in Sacram Scrip-
turam*:

turam : Vol. 2. in fol. edita Lutetiae Parisiorum 1617.

Procopius *Sophista* Commentaria in octateuchum, seu octo priores libros veteris testamenti : Vol. 1. in fol.

Quiros *Augustinus* Commentaria in aliquot libros Sacrarum Scripturarum : Vol. 1. in fol. edit. Hispali 1622.

Salmeron *Alphonsus* Opera varia in Sacram Scripturam : Vol. 12. in fol. edita Matriti 1598.

Sanctius *Gaspar* Opera omnia in Sacram Scripturam : Vol. 7. in fol. edita Lugduni.

Sasbout *Adamus* Commentaria in Sacram Scripturam : Vol. 1. in fol. edit. Coloniae Agrippinae 1575.

Serarius *Nicolaus* Opera omnia in Sacram Scripturam : Vol. 5. in fol.

Steuchus *Augustinus* Opera omnia in Sacram Scripturam : Vol. 2. in fol. edita Venetiis 1591.

Tamaio *Iosephus* In Hexameron : Vol. 1. in fol.

fol. edit. Lugduni 1663.

Tena *Ludovicus Isagogae in Sacram Scripturam*: Vol. 1. in fol.

